

aduërfus Antiphontem non amplius pugnabit Geō-
 metra:is enim circulo inscribat triangulum isopleu-
 rum, & in quouis latere aliud isosceles constituebat ad
 circumferentiam circuli: quod cum aliquoties fecisset,
 existimabat vltimi trianguli latus vtpote lineam rectā
 congruere ad circumferentiam. Hoc autem erat se-
 ctionem in infinitum tollere, quam tamen Geometra
 pro hypothesis ponit. Hęc Themistius. Dignum etiam
 obseruatione est, quod de Hippocrate Chius scribit
 Magentinus in expositione capitis 25. libri secundi
 priorum Analyticorum: quando inquit, ἐπειράσαντο μὲν
 πολλοὶ τετραγωνίσαι τὸν κύκλον, οὐκ ἠδυνήθησαν δέ. ὁ δὲ Ἴπποκράτης
 ἔδοξε μὲν τετραγωνίσαι τὸν, τῆ δὲ ἀληθείᾳ οὐκ ἔτετραγωνίσει. Ὁ
 Ἴπποκράτης ναύκληρος ὢν, καὶ ληστρεῖς τὴν ναῦν, συλλαβόμενος τῶν
 ληστῶν, ἀπήνεγκεν Ἀθήνησι, δώσοντάς δίκην: κατὰ τύχην δὲ ἐνέτυχε
 γεωμέτρῃ, καὶ ἔρον ἔχε γεωμετρίας μαθεῖν, καὶ μαθὼν ταύτην, καὶ τῶν ἀπό-
 ρων ἐψηφίσσατο ζητημάτων. hoc est, tentarunt quidem multi
 quadrare circulum, sed non potuerunt. Hippocrates
 autem visus est quadrasse hunc, sed in veritate nō qua-
 drauit. Hippocrates iste nauclerus erat, qui cum in pi-
 ratas incidisset, merces nauis impositas amisit: postea
 comprehēsos piratas, Athenas abduxit, vt ibi pœnam
 luerent. Sed per fortunā incidit in geometram, & stu-
 dio discendi geometriam flagrauit, quam vbi didicif-
 set, etiam quæstiones inexplicabiles soluere conatus
 est. Hęc de Hippocrate Chio Magentinus retulit: de
 Brysone autem & Antiphonte ex historiis nihil certi
 inuenire potuimus. Etsi autem Antiphontis quadra-
 tura

tura